

# Documents pour servir à l'histoire de la province augustinienne de Cologne

Extraits des registres des prieurs généraux  
(1507-1551)

(suite)\*

GABRIEL DE VENISE <sup>41)</sup>

1518-1527

60

Rome, 25 Febr. 1518.

Fr. Gabriel Venetus auctoritate apostolica Vicarius Generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini indignissimus, venerabilibus nobis in Christo Patribus et fratribus universis eiusdem ordinis salutem in domino eternam. Placuit divine providentie et S. mi D.N. bonitati visum est, nos quamquam immeritissimos et indignissimos, totius ordinis vicariatus munere onerare, quod quidem impar nostris humeris, uti ullo numquam desiderio [f. 3v] concupivimus, ita nullo etiam studio perquisivimus. Ne tamen superne dispositioni, decretoque S.mi D.N. Leonis Decimi reluctari videremur, id oneris suscepimus, confisi tum divinam opem, tum vestrum omnium obedientiam, adiumento nobis magno affuturam, ad divina precepta et ordinis instituta servanda, et omnino ad ea proseguenda, tum per R.mum D. Cardinalem Egidium multo cum labore introducta, tum per Lateranense Concilium de vite comunitate et reformatione exactissima decreta. Ea enim spe ducti, imprimis Beatissimus Pontifex cum oretenus tantam ordinis regendi sarcinam imponeret, ac R.mus D. Protector deinde

\* Voir *Augustiniana* XVIII (1968), 116-133.

<sup>41)</sup> Gabriel della Volta de Venise, vicaire général depuis le 30 janvier 1518, fut élu prieur général au chapitre de Venise en 1519 et réélu au chapitre de Trévise (1526) et de Padoue (1533). Il mourut à Rome le 23 avril 1537. Voir *Analecta Augustiniana* 9 (1921-1922), 28-47 et D. A. PERINI, *Bibliographia Augustiniana*, t. II, Firenze 1931, p. 22-23.



nobis hanc mole[m] immensam commiserunt, ut omnia faciamus, temptemus, experiamur, vitam ipsam denique (si res postulet) exponamus. Ut leges et regulam ad unguem in universa religione servari faciamus, Provinciales, Priores, Rectores, iccirco omnes hortamur vobisque ceteris patribus et fratribus singulis precipimus, ut que hactenus R. mus D. Cardinalis Egidius pro reformatione instituit, executioni ita mandetis, ne quidem ex eius preceptis filum rumpatis. Vestreque saluti et ordinis incremento accuratissime studeatis. Id si (uti non dubitamus) efficietis, nos nedum superiorem et pastorem, verum et patrem immo et charissimum fratrem ad vestra sancta desideria promptissimos invenietis. Bene in Domino valetis. Datum Rome die XXV Februarii M.D. XVIII <sup>42</sup>). Sub sigillo ordinis.

Dd 13, f. 3r-v.

61

25 Febr. 1518.

Fratri Iohanni Sartoris almano facultatem facimus florentie comorandi dum prior sua opera indigeat, et velit ipsum recipere, vel ut maneat alibi, ubi potuerit commodius recipi pro anno presenti, demum in patriam suam redeat <sup>43</sup>).

Dd 13, f. 3v.

62

18 Martii 1518.

Fratrem Antonium Concilii Provincie Colonie provincialem electum, confirmamus, cum solita auctoritate <sup>44</sup>).

Dd 13, f. 6r.

<sup>42</sup>) Gilles de Viterbe, créé cardinal par Léon X le 1 juillet 1517, communiqua à son Ordre sa démission comme prieur général dans une belle lettre de la même date, le 25 février 1518. Voir l'édition de cette lettre dans *Analecta Augustiniana* 9 (1921-1922), 235-236 d'après Dd 13, f. 2v.

<sup>43</sup>) Voir le doc. 65 avec la note 46.

<sup>44</sup>) Antoine Consilii, du couvent de Bruges, fut déjà élu provincial de la province de Cologne dans le chapitre, tenu à Maestricht le 9 mai 1517, et resta en fonction jusqu'au 15 juillet 1521. Voir la note 32.

Dans les archives communales de Dordrecht on conserve la copie de trois lettres datées du mois de mars 1518, deux de ces lettres sont adressées par le magistrat de la ville à Guillaume d'Alkmaar, « meester provinciael van Coelen van de broeders van Sint Augustinus », comme l'écrit P. FREDERICQ dans son *Corpus documentorum Inquisitionis haereticae pravitatis Neerlandicae*, t. IV, Gand-La Haye 1900, p. 6-9 (= n. 15, 16 et 18). La troisième lettre est la réponse de ce provincial aux magistrats de Dordrecht. Les magistrats se plaignent ici d'idées hérétiques dans le couvent des Observantins de Dordrecht. On a toujours prétendu qu'il s'agissait du couvent des Augustins de cette ville qui passa en 1516 à la congrégation de l'observance de Saxe. Or c'est inexact.



63

Rome, 17 Iunii 1518.

Fratrem Henricum Lechenic ad Vicarium districtus colononien-sis <sup>45)</sup> mittimus, ut de aliqua sibi conventualitate provideat, ubi deo et religioni inservire possit.

Dd 13, f. 22v

64

Rome, 17 Iulii 1518.

R.mo D. Domino nostro Egidio innovamus in ultramontanis citramontanisque provinciis omnem nostram auctoritatem, etiam in universo ordine, ad componenda collapsa et reformationem exactissimam introducendam.

Dd 13, f. 27r.

65

Cavis, 4 Aug. 1518.

Fratrem Iohannem Sartoris ad provincialem Colonie mittimus,

Les documents visent ici le couvent des Frères Mineurs de l'Observance, le titre de la copie originale dit : « Copie vanden besloten brieven gescreven by der stede van Dordrecht anden minister provinciael van Coelen vande broeders van Sinte Franciscus (Archives communales de Dordrecht 1200-1572, inv. n. 2/176 a-c). Voir A. DE MEIJER, *Augustijnen in conflict met Dortse magistrat? Eerste tekenen van Lutheranisme in Nederland*, dans *Archief voor de geschiedenis van de Katholieke Kerk in Nederland*, 5 (1963), 343-350, avec bibliographie.

<sup>45)</sup> Jean de Malines fut nommé en 1514 vicaire du district de Cologne et premier prieur du couvent qu'il fonda à Anvers par Jean Staupitz, vicaire de la congrégation de Saxe. En 1507 il était prieur à Enkhuizen et se fit immatriculer à l'université de Wittenberg. J. C. SCHULTZ JACOBI publia dans *Oud en Nieuw uit de Geschiedenis der Nederlandsche Luthersche Kerk*, Rotterdam 1862, p. 20-78 la « Naamlijst van Nederlanders, die in 1502-1560 aan de Hoogeschool te Wittenberg zijn ingeschreven », cette liste est copiée de l'*Album Academiae Vitebergensis ab 1502-1560*. Lipsiae 1841, publié par C. E. FORSTEMANN, Voyez p. 20 : « 1507. Frater Johannes Mechliniae, alias de Rathem, lector ordinis Heremitarum, Prior Enchusen, dioc. Traject. ». Il conquist à Wittenberg tous les degrés jusqu'à la licence. Il fit son dernier examen en 1511, obtint sa licence le 12 septembre, et fut promu docteur en théologie le 15 et 16 du même mois en même temps que ses confrères Jean Spangenberg, Wenceslas Link et Jean Hergott. Le 4 octobre de la même année il fut reçu par Staupitz dans le senat théologique de l'université. Cfr. M. C. K(IST), *Nederlanders in de 16<sup>e</sup> eeuw aan de Hoogeschool te Wittenberg in de theologie gegradeerd*, dans *Nederlandsch Archief voor Kerkelijke Geschiedenis*, 16 (1845), 345. Jean de Malines resta, malgré ses rapports très suivis avec Luther, toujours fidèle à l'Eglise Catholique. En 1520 il succéda à Henri de Zutphen comme prieur de Dordrecht. En 1522 il fut nommé vicaire de la Congrégation autonome de l'Observance des Pays-Bas. Cfr. e.a. B. VOETS, *Hebben de Augustijnen van Enkhuizen invloed gehad op de Hervorming?*, dans *Nederland Archief voor Kerkgeschiedenis* 39 (1953), 223-225.



dum tamen antequam recipiatur, constat eundem fuisse absolutum a congregatione de Vicarianis <sup>46)</sup>).

Dd 13, f. 28v.

66

Core. 23 Aug. 1518.

Fratrem Antonium Concilii, provincialem Colonie, ad provincie reformationem quam maxime hortamur, cui dicimus esse hanc unicam viam ad fugiendas manus Vicarianorum <sup>47)</sup>).

Dd 13, f. 30v.

67

Rome, 27 Nov. 1518.

Privilegia scribimus ad provincialem Colonie eum oportere habere contra apostatas, contra autem fratres Vicarianos, si velit quicquam impetrare, mittat pecunias pro expeditionibus.

Fratrem Iohannem de essendia remittimus ad Vicarium suum Iohannem stupiz, qui ei de loco sue valitudine proportionato, provideat <sup>48)</sup>).

Dd 13, f. 44r.

<sup>46)</sup> Voir Dd 12, f. 180 v<sup>o</sup> : « Cavis, 4 Aug. 1518. Fratrem Iohannem sartorem ad provincialem Colonie mittimus, dum constat R.mum Generalem Egidium hactenus absolvisse ipsum a Vicarianis. Hunc mittimus ad priorem florentinum (si in aliquo aberraverit puniendum) demum relaxandum ad prefatam provinciam ». Voir également le doc. 61.

<sup>47)</sup> Dans la marge on lit : « Vicariani dicebantur fratres Congregationis Saxonie qui inhiabant optimis conventibus sibi uniendis ad provincialium curis eripiendis ». Le couvent de Middelburg fut visité et réformé la même année par le provincial, comme il paraît d'un compte de la ville en 1518 qui dit que les magistrats lui offrirent du vin à cette occasion : « ten tijde als convent gereformeert wart ». Voir H. KESTELOO, *De stadsrekeningen van Middelburg van 1500-1549*, dans *Archief van het Zeeuws Genootschap van Wetenschappen* 6 (1888), 328.

Dans Dd 12, f. 182v on lit : « Core, 25 Aug. 1518. Fratrem Martinum Luther Congregationis Almanie ad instantiam S.mi. D. N. Leonis decimi incarcerari iubemus, committentes causam », dans la marge on lit une note d'une main plus récente : « Luteri origo contra Ecclesiam Romanam ». Dans une lettre portant la même date le Vicaire Général Gabriel de Venise donnait cet ordre à Gérard Heckert, provincial de la province de Thuringe-Saxe. Cette lettre est publié par D. GUTIÉRREZ, *Al margen de libros y articulos acerca de Lutero*, dans *La Ciudad de Dios* 169 (1956), 633-634. Voir aussi A. ZUMKELLER, *Martin Luther und sein Orden*, dans *Analecta Augustiniana* 25 (1962), 276.

<sup>48)</sup> Johannes de Essendia (Essen près d'Anvers ou Esch près de Bois-le-Duc ?) fut ordonné prêtre dans le diocèse d'Utrecht le 16 décembre 1508 (voir la note 24). En 1514 il fut un des huit premiers religieux du couvent des Augustins d'Anvers, qui avec Jean de Malines, prieur, Regnier de Deventer, sous-prieur, Augustin d'Eindhoven, Grégoire de Ghestel, Gérard de Cologne et Adam de Doetinchem, signa, le 22 juillet 1514 l'accord définitif avec le chapitre de Notre Dame d'Anvers en vue de l'érection canonique du couvent. Pour plus de détails, voir J. C. DIERCXSSENS, *Antverpia Christo*



68

Rome, 28 Nov. 1518.

Fratri Nicasio Villores redeundi ad suam provinciam Colonie facultatem facimus.

Eandem licentiam concedimus fratri Losartis, eiusdem provincie Colonie.

Fratrem Augustinum, prefate provincie, redire iubemus similiter ad provinciam iniungentes provinciali, ut si moribus, eruditione et etate idoneus sibi videatur, facultatem illi faciat sacros ordines suscipiendi.

Dd 13, f. 44r.

69

Rome, 2 Dec. 1518.

Ad provincias tres, scilicet Apulie, Bavarie et colonie litteras intimatorias Capituli Generalis mittimus, secundum formam superius registratam.

Dd 13, f. 44v.

70

Rome, 18 Martii 1519.

Fratrem Iohannem Stutter ad provincialem suum Coloniensem remittimus tanquam repertum ad sacra indignum.

Dd 13, f. 60r.

71

Rome, 24 Martii 1519.

Fratrem Matheum de Durne <sup>49)</sup> ad provincialem suum Colonie remittimus, declarantes eundem ad nos sine litteris testimonialibus <sup>50)</sup> venisse.

Dd 13, f. 60v.

72

Rome, 9 Maii 1519.

Fratri Iodoco Coloniensi facultatem concedimus in spatio viginti dierum ubicumque poterit in ordine locum sibi inveniendi.

Dd 13, f. 65v.

*nascens et crescens*, t. III, Anvers 1773, p. 279-311. Le 1 juillet 1523 Johannes de Essendia fut brûlé comme hérétique sur la Grande Place de Bruxelles avec son confrère Henri Vos ou Voes, également membre de la communauté d'Anvers. Un troisième Augustin d'Anvers, Lambert Thoren, ordonné prêtre le 20 février 1511 (voyez la note 24), fut lui aussi exécuté un peu plus tard à Bruxelles. Les documents et pamphlets au sujet de ces exécutions sont publiés in extenso par P. FREDERICQ, *Corpus documentorum Inquisitionis haereticae pravitatis Neerlandicae*, t. IV (Gand 1900) et par S. CRAMER-F. PLJPER, *Bibliotheca Reformatoria Neerlandica*, t. VIII, La Haye 1911, p. 1-114.

<sup>49)</sup> Mathieu de Durne = Düren, situé à l'Ouest de Cologne.

<sup>50)</sup> Le ms. répète après *testimonialibus* : *ad nos*.



**73** Venetiis, 11 Iunii 1519.

Acta capituli generalis Venetiis celebrati :

Provinciae Colonie : Provincialis : Lector Gulielmus Coloniensis.

Diffinitor : Mag. Gulielmus Patavus.

Discretus : Mag. Philippus de Monte.

Dd 13, f. 67v.

**74** Venetiis, 13 Iunii 1519.

Familia conventus Romani : fr. Iohannes de Flandria (Dd 13, f. 75r).

Familia conventus Bononiensis : fr. Gerardus almanus studens <sup>51</sup>) (f. 77b).

Familia conventus Florentie : fr. Iohannes coloniensis studens (f. 79r).

**75** Eadem die.

Magistrum Gulielmum fupgen Presidentem facimus in Capitulo proximo provincie nostre colonie <sup>52</sup>).

Dd 13, f. 86r.

**76** Venetiis, 16 Iunii 1519.

Fratrī Gerardo Coloniensi facultatem damus in patriam suam eundi et bononiam deinde redeundi pro studente.

Dd 13, f. 89r.

**77** Eadem die.

Fratrem Gulielmum priorem in conventu Aquensi confirmamus <sup>53</sup>) et fratrem Philippum eiusdem conventus custodem.

Dd 13, f. 89v.

<sup>51</sup>) Fr. Gerardus Almanus = Gerardus de Cologne. Voir le doc. 76.

<sup>52</sup>) Guilielmus Föbgen, du couvent d'Aix-la-Chapelle, docteur en théologie de l'université de Trèves (1509), fut provincial de la province de Cologne en 1507-1509 et 1513-1517. Il mourut en 1536 à Aix-la-Chapelle et fut enterré dans l'église conventuelle dans la tombe de son père, sur laquelle fut gravée l'építaphe suivante : Hic jacet honestus vir Wilhelmus Föbgen una cum filio suo Sacrae Theologiae Magistro Fratre Wilhelmo Föbgen, quondam Provincialis Provinciae Coloniensis, qui obiit anno Domini MDXXXVI. Voir F. Loy, *o.c.* [note 10], p. 72. Voir plus haut les notes 7 et 19.

<sup>53</sup>) Guilielmus Winckel, nommé définitéur en 1507 (voir note 7), fut pendant plusieurs années prieur de son couvent d'Aix-la-Chapelle, où il mourut en 1527. D'après une note de N. de Tombeur, PBD, t. IV, 285, la communauté d'Aix-la-Chapelle compta pendant le priorat de G. Winckel, en 1512, une quarantaine de prêtres dont 7 docteurs en théologie, 7 frères-clercs et 6 frères convers.



78

Venetiis, 30 Iulii 1519.

Fratrem Iohannem de provincia Colonie in conventu et studio nostro Neapolitano studentem formatum et de sue provincie iure collocamus.

Dd 13, f. 96r.

79

Rome, 4 Dec. 1519.

Fratrem Antonium Concilii confirmamus vicarium Provincie nostre Colonie sicut R. mus Egidius eum fecit, cum eadem auctoritate, dantes facultatem sibi confirmandi unam capellam concessam a conventu colonie cuidem mercatori hispano <sup>54)</sup>, modo sit in evidentem utilitatem conventus.

Dd 13, f. 117r.

80

Rome. 7 Ian. 1520.

Fratri Petro Hiprensi in suam patriam redeundi concedimus licentiam, ad suam provincialem eundem remittentes.

Dd 13, f. 121v.

81

21 Ian. 1520.

Ad conventum Neapolitanum scribimus super scelere patrato magnas litteras, citantes fratrem Petrum Calabrum, fratrem Iacobum hispanum, fratrem Melchiorem, fratrem Federicum, fratrem Leonardum Vincentinum, fratrem Iohannem almanum, ut ad nos compareant in spatio decem dierum, et in spatio trium conventum exeant, quod si prior eas quomodocumque tenuerit, sit statim officio prioratus privatus.

Dd 13, f. 123r.

82

Rome, 22 Sept. 1520.

Cuidam fratri Ioanni Boutshoof <sup>55)</sup>, provincie Colonie, facultatem

<sup>54)</sup> Le provincial Antoine Consilii et ses confrères du couvent de Bruges donnèrent en date du 19 aout 1513 la permission à Pedro de Salamanca, commerçant espagnol, de construire une chapelle près de l'église des Augustins à Bruges. Nous ne savons rien au sujet d'une fondation semblable au couvent de Cologne, comme il est noté dans ce document. La chapelle de Pedro de Salamanca était richement ornée d'œuvres d'art, e.a. d'un triptique de Jean Gossart, dit Mabuse, peint en 1521. Pour plus de détails voyez l'étude de Joseph MARÉCHAL, *La chapelle fondée par Pedro de Salamanca, bourgeois de Burgos, chez les Augustins à Bruges, 1513-1805*. Bruxelles, 1963 (Académie royale de Belgique, Classe des Beaux-Arts. Mémoires. Collection in-8°. Deuxième série. Tome XIII, fasc. 2).

<sup>55)</sup> Jean Boutshoofd, du couvent d'Ypres. Voir J. SPYLIAERT, *o.c.*, p. xxi.



fecimus ut nostri ordinis fratrem aliquem sacerdotem confessorem sibi eligere possit, a quo nostra auctoritate ter quaterve in anno absolvi possit.

Dd 13, f. 154r.

**83**

Rome, 12 Oct. 1520.

Fratrem Iacobum stockelpot professus dumtaxat, ad conventum suum lovaniensem misimus, ad ordines sacros et ad litterarum studia (modo illius conventus patribus et priori dignis visus fuerit) promovendum.

Dd 13, f. 155r.

**84**

Rome, 4 Dec. 1520.

Fratri Roberto Barne Anglico lectori damus facultatem comorandi in Ginnasio Lovaniensi, iuxta tenorem litterarum tam sui provincialis, quam provincialis colonie <sup>56</sup>).

Dd 13, f. 172r.

**85**

Rome, 9 Dec. 1520.

Fratri Francisco Coloniensi in suam provinciam et conventum redeundi concedimus facultatem.

Dd 13, f. 174v.

**86**

Rome, 17 Martii 1521.

Fratri Iacobo Menevert, parisii operam litteris navanti, querulo quod sui patres Hyprenses eum ad studia et ad cursoratum promovere nollent scripsimus, ut suorum patrum gratiam sibi conciliaret, nostrum non esse ut quemque ad honores evehamus invitis provinciali et patribus.

Provinciali Colonie hortati sumus, ut illum ad bona litterarum promoveri adjuvet, nisi mores et vita, aliquidque legitimum obstat, quod secus agendum suadet.

Dd 14, f. 19r.

**87**

Rome, 21 Martii 1521.

Fratri Roberto Barne Anglico lectori facultatem facimus, ut ad

<sup>56</sup>) Fr. ROTH, *o.c.*, doc. 1032, 1035, 1043, 1057, 1070 et 1080 donne plus de précisions au sujet de l'augustin anglais Robert Barnes. On ne sait rien au sujet de ses études à Louvain (voir également le doc. 87). Il devint plus tard un fervent disciple de Luther et fut brûlé vif à Londres le 30 juillet 1540.



quam volet achademiā extra provinciam Anglie studii causa transire valeat, iuxta tenorem litterarum sui provincialis, quas etiam ratas esse volumus. Commendantes etc.

Fratri Antonio Consilii in provincia Colonie nostro Vicario scribimus, ut omni excusationis impedimento sublato, futura penthecoste Capitulum provinciale celebrari curet, quod superiori anno iure celebrari debuerat. Multumque admiramur eius negligentiam qui provinciam acephalem relinquet. Quod si litteras presidentie non habeat, primum definitorem nostra auctoritate presidentem decernimus, volentes ut acta capituli ad nos mittat, iubentes etiam ut ipse cum provinciali futuro pervigiles oculos habeat ad conventum Lovaniensem, cuius priorem tyrannum potius quam patrem intelleximus, ne et ille conventus a provincia tollatur.

Dd 14, f. 20r.

88

Rome, 9 Maii 1521.

Fratrem Servatium Traiectensem ad Provinciale colonie misimus correctum tamen et absolutum, quod huc sine superioris sui litteris se receperit. Hortantes provincialem ut illum aliquo in provincia conventu colloket.

Dd 14, f. 30v.

89

Venetiis, 8 Sept. 1521.

Priori Treverensi mandavimus ut fratri Ioanni munstre, eiusdem conventus alumno, patrimonii sibi relictī annuos redditus a noverca reddi non vetet, quemadmodum causarum arbitri in generali nostra synodo statuerunt. Nam si his nostris non optemperaverit, iudicibus secularibus hanc causam et examinandam et iudicandam commissuros nos diximus. Si quid autem impedimenti foret, causam non initos nos accepturos asseruimus, cupientes certiores fieri.

Fratrem Adam de Waldervinck cursorem in sacra theologia factum ad propria missum facimus.

Dd 14, f. 46v

90

Venetiis, 19 Sept. 1521.

Acta capituli provincie nostre Colonie, eiusque electum provincialem fratrem Henricum Salem, sacre theologie lectorem, confirmavimus atque approbavimus<sup>57)</sup>. Hortantes eum ut quod reliquum est

<sup>57)</sup> Henri de Salem, du couvent de Wesel, fut élu provincial au chapitre tenu à Maestricht le 15 juillet 1521, ce chapitre était présidé par Petrus de Fine de Bruges.



provincie sua prudentia ab alienorum direptione tueatur, atque ad melioris ac sanctioris vite frugem revocet. Nos quoque illi ad id conficiendum nos omnem opem laturos polliciti sumus, modo quid facto opus sit ad perditorum conventuum recuperationem nos certiores reddiderit.

Eundem quoque privatis litteris hortati sumus, ut nullius vultum extimescens forti et inconcusso animo provincie reformande munus obeat, omniaque sua sedulitate, studio et vigilantia corrigat, que aliorum negligentia oscitantia ac nimio privatarum rerum amore corruerunt. Mandantes in primis ut in monasterio lovaniensi achademiam instituat, quemadmodum in plerisque nostris Generalibus synodis decretum est <sup>58</sup>). Prioris autem illius iam obstinata animi pervicacia reluctantis, aut nostris preceptis, aut officii privatione aut alia quavis censura, conatus frangat. Caveat tamen sollicitè ne quid precipitantius aut immaturius cum homine temerario moliatur, ne desperatione victus, alienis conventum tradat sicque achademiam instituentes, monasterium amittamus. Significavimus item eidem R. mum Protectorem Cardinalem sancti Georgii e vivis excessisse, ac R. mum D. nostrum Egidium Viterbiensem in ordinis protectionem summi pontificis voluntate accitum <sup>59</sup>). Mandantes ut in singulis conventibus provincie defuncto protectori de more iusta persolvi iubeat. Pro novo vero creato unam de spiritu sancto missam cani, ut eius numine adiutus quotidie ea querat, cogitet, meditetur et agat, que ad ordinis nostri augmentum, decus et ornamentum fratrumque salutem attinent.

Dd 14, f. 49r.

Il resta en fonction jusqu'en juillet 1524. En sa qualité de provincial il fit appel à la gouvernante Marguerite d'Autriche, pour obtenir la réforme du couvent de Middelbourg. Par lettre du 9 mai 1524 celle-ci donna ordre au magistrat de cette vile d'intervenir. Voir J. H. STOPPELAAR, *Inventaris van het oud archief der stad Middelburg (1217-1581)*, 3<sup>e</sup> afd. Middelburg 1883, p. 67, n. 1257. Voir aussi N. de TOMBEUR, *Provincia Belgica*, p. 249 et les doc. 91, 92 et 123.

<sup>58</sup>) Nous ne savons rien d'autre au sujet de l'érection d'une académie à Louvain demandée par plusieurs chapitres généraux (voir aussi les documents 103 et 112). Grégoire de Varent était alors prieur du couvent de Louvain.

<sup>59</sup>) Cardinal Raphael Riario, protecteur de l'Ordre, mourut en 1521. Pape Léon X nomma par bref du 9 juillet 1521 le cardinal Gilles de Viterbe comme son successeur et le général Gabriel de Venise communiqua cette nomination à son Ordre dans une lettre du 25 juillet, publiée dans les *Analecta Augustiniana* 9 (1921-1922), 230-233.



91

Venetiis, 15 Nov. 1521.

Fratrem Antonium consilii, in sacra Theologia Bachalarium, in conventu suo Brugensi vices nostras agere iussimus, hortantes eum ut illic reformatissimam vitam instituat.

Provinciali colonie fratri Henrico Salem lectori mandavimus, ut quicquid annue contributionis fratri Antonio consilii debet, exemplo uti equitatis iura deposcunt, exolvat, aliosque conventuum priores satisfacere compellat, ea fide et studio, quo ipse nobis provincie nomine in annum usque presentem satisfecit. Hortantes ut eundem Antonium Consilii quem nostrum in conventu suo vicarium ob suam tum senectutem tum in ordine merita constituimus, nullo pacto molestat, sed illi tantum deferat, quantum ordinis decus permittit.

Dd 14, f. 56v.

92

Rome, 21 Dec. 1521.

Fratri Henrico Salem, lectori et Provincie Colonie provinciali, scripsimus nobis perquam gratum extitisse quod monasterium lovaniense inviserit prioremque propenso ad provincie iuventutem alendam et bonas litteras fovendas animo esse nobis exposuerit. Verum omnem hac in re tam salutari moram nobis exosam ac provincie damnosam esse diximus. Proinde modo nobis et ordini gratificari velit bonarum illic disciplinarum domicilium iuvenibus eo missis, iussimus uti re ipsa instituat, Petenti autem ut pontificia implorata autoritate suppetias tandem ferremus provincie contra vicariatorum vim quotidie provincie monasteria diripientium atque ad cenobia provincie iam direpta ex illorum manibus eruenda, respondimus illi in primis necessarium fore, ut in provincia virum quempiam magna autoritate et rerum peritia preditum iudicem deligat, cui res et examinanda et iudicanda comittatur, qui neque principum imperia neque populi favores aut impetum, quibus res hactenus acta est, pro veritate et iusticia tuenda reformidet. Hunc ita electum deinde consultum oportet, qua serie, qua forma, quibusve verbis littere apostolice sint impetrande. Tum demum ea ad nos informatione cum quot sufficere possint denariis missa, rem omnem nostro et procuratoris studio, amicorumque patrocinio, precio quam potest / minimo confecturos nos polliciti sumus. Nisi autem hoc nostrum consilium amplexus fuerit, nihil nos acturos diximus, quippe quod operam nos et impensas perdituros arbitremur.

Dd 14, f. 59v-60r.



93

Rome, 21 Dec. 1521.

Fratri Antonio Consilii scripsimus, si acta Capituli cum nostris quibus eum nostrum Vicarium instituimus litteris, nondum perlata sunt, ab institore quodam Handwerpiensi, cui Cornelio de Womberghe nomen est, esse exigenda. Hortantes eum ut nullis post hac utatur sigillis ad emunitates aut privilegia fratribus roboranda aut cum iniuria provincialis conferenda. Nam id a Vicariis nostris istic committi intelleximus atque de se suspicari cogimur, quod nullus preter se unum nostris in provincia vicibus fungatur.

Dd 14, f. 60r.

94

Rome, 3 Ian. 1522.

Fratrem Iacobum Middelburgensem, conversum, ad provincialem colonie misimus, ut errore illi condonato quod ad nos sine suis litteris profectus fuerit, benigne exceptum in aliquo provincie monasterio colloctet.

Dd 14, f. 60v.

95

Rome, 11 Febr. 1522.

Fratrem Franciscum Cortrije ad Provincie Colonie Provincialem missum fecimus, cum misericordia erroris sui penas luiturum.

Dd 14, f. 68v.

96

Rome, 12 Martii 1522.

Fratres simonem et ottonem <sup>60)</sup>, Provincie Colonie diaconos, ad provinciam ac conventum brugensem, a quo abierunt, missos fecimus.

Dd 14, f. 72v.

97

Rome, 10 Aprilis 1522.

Fratres Augustinum Traiectensem et Paulum Gandavensem ad Provincialem Colonie missos fecimus cum misericordia quod ad nos sine suis litteris sese contulerint, corrigendos locandosque, ubi comode et tranquille deo et ordini vacare possint.

Eidem Provinciali commendavimus fratrem Petrum et Christianum dordracenses, ut si sine congregationis germanice vicarii iniuria aut indignatione fieri licere putaverit, eos in aliquo provincie monas-

<sup>60)</sup> Otto van der Gunst, du couvent de Bruges. Cf. PBD., t. IV, p. 417.



terio collocet <sup>61</sup>). Sin minus suis Vicario litteris summopere commendet ut eorum et quieti et saluti consulat.

Dd 14, f. 81v

**98** Rome, 26 Iulii 1522.

Fratrem franciscum Brugensem ad provincialem colonie missum fecimus alicui provincie monasterio ascribendum.

Dd 14, f. 94v.

**99** Viterbii, 5 Aug. 1522.

Fratrem Ioannem Angiensem Germanum ad Vicarium congregationis germanie destinavimus, in aliquo sue familie monasterio collocandum <sup>62</sup>).

Dd 14, f. 95v.

**100** In Balneo Regio, 19 Sept. 1522.

Fratrem Ioannem Cornelium flandrinum, conversum conventus dordracensis, ad Vicarium congregationis misimus, ne eum diutius errare sinat sed cuipiam monasterio ascribat, ubi reliquum vite quietus peragat.

Dd 14, f. 98v.

**101** In Balneo Regio, 2 Oct. 1522.

Fratrem Ioannem Lovaniensem, Provincie Colonie, ad monasterium nativum destinavimus, hortantes priorem ut humaniter acceptum ad ulteriora studia accendat, et quicquid rerum abiens reliquerit illi reddi iubeat.

Dd 14, f. 100v.

**102** Rome, 20 Martii 1523.

Provinciali Colonie scribenti se ad nos codicillos quosdam et 50 aureos pro recuperatione monasteriorum a vicariatis olim interceptorum misisse, respondimus nihil horum adhuc ad nos esse perlatum, nos tamen rem omnem cum summo pontifice contulisse ac facilem impetratu arbitrari modo provincia rei non desit, denariosque mittat

<sup>61</sup>) Christianus Petri de Dordrecht fut ordonné prêtre le 9 février 1516. Voir la note 24.

<sup>62</sup>) Un certain Joannes de Angia [= Enghien] fut immatriculé à l'université de Cologne le 27 mai 1538. Voir H. KEUSSEN, *Die Matrikel der Universität Köln*, t. II, Bonn 1919, p. 950, n° 97.



sine quibus res ipsa confici nequit, nos neque laboribus neque studio parsuros.

Dd 14,f. 115r.

### 103

Rome, 12 Iunii 1523.

Ad provinciam Colonie litteras dedimus quibus Magistrum Petrum de Fine presidentem declaravimus. Hortantes omnes ut virum talem deligant, qui provincie iam labenti succurrere possit. Nam secus si fecerint nos illum minime confirmaturos polliciti sumus. Multa item ad regularem observantiam facientia a provinciali servanda et exigenda prescripsimus, nam parum proderit quod nos litteras apostolicas pro provincie libertate et monasteriorum recuperatione impetramus, nisi ipsi mores et vite institutum mutant, cum iam ob scelerum licentiam facti sint omnibus civibus et populis ludibrio. Petentibus ut ob inopiam provincie, capitulum in biennium prorogaretur, respondimus provincie inopie non esse cum preiudicio libertatis consulendum neque laudabilem consuetudinem esse violandam. Proinde iussimus, ut omnes supervacuas commessiones et usque in profundam noctem computationes resecant, memores optimum vectigal esse parsimoniam et frugalitatem. Tesseras [f. 12br] itaque, quas dicas vocant privatis personis dari solitas ut vinum quantum quisque voluerit e diversorio accipiat, ut ad mediam noctem pergrecentur, nulli amplius permitti precepimus, idque corruptele tollendum Vicario provincialique commissimus. Mandavimus quoque ut in provincialis et suffragiorum auditorum electione maiorum decreta et caput constitutionum servetur, ne semper paucorum conspiratione optimo cuique ad provincie magistratum via preclusa sit <sup>63</sup>). Expensas itineris iustas Magistro Petro de fine ad capitulum generale, licet habitum non sit <sup>64</sup>), misso persolvant, de quibus quantum solvere debeant si ambiguitatis quippiam subortum fuerit, viarum peritos consulant, qui quantum sumptum equestri opus sit romam eunti et redeunti facile iudicabant. Item ne provincia nimio sumptu exhauriatur, annuimus ut ad proximum generale capitulum nemo provincie nomine mittatur, sed scribat provincialis et nos ea facturos diximus que presens provincialis ageret. Item in monasterio lovaniensi gymnasium institui iussimus ea lege, ut

<sup>63</sup>) Dans le manuscrit la phrase : *ne semper pauca* jusqu'à *preclusa ist*, est soulignée.

<sup>64</sup>) Le chapitre général annoncé, qui devait avoir lieu à Trevisio fut, avec l'autorisation d'Adrien VI, remis à cause des guerres et de la peste. Le provincial de la province de Cologne, Petrus de Fine, rentra à Bruges de son voyage inutile le 26 juillet 1523.



pro victu quotidiano quilibet studentium conventui pendat, quod olim pendi solebat.

Provinciali scripsimus neque capituli in biennium prorogationem neque collecte annue diminutionem in nostra esse potestate, hoc quia non tantum nobis sed et posteris preiudicat, meliusque et commodius posse in comitiis generalibus et patrum senatu tractari. Illud quia publicam videtur provincie tollere libertatem et ambitionis notam pre se ferre presertim in homine usque adeo per etatem effeto et imbecilli ut vicarium instituendi facultatem postulet, qui provinciam visat. Quare iussimus ut proximo anno provincie synodum habeat. Preterea significavimus illi bullam pontificiam eudi pro monasteriorum recuperatione quam prope diem confectam fore speramus <sup>65</sup>). De conventu vero lovaniensi cur illic nondum academiam instituerit vehementer nos admirari diximus, quandoquidem illud ipsi iamdudum commiserimus, significaveritque nobis Priorem ad id esse animo propensissimo, nos itaque hanc tergiversationem provincie tam damnosam non intelligere <sup>66</sup>). Proinde si vir est, curet ut Prioris illius reluctantis tam sancto operi nostre autoritatis presidio temeritatem frangat, atque omnino studium illic fieri curet.

Dd 14, f. 125v-126r.

#### 104

Rome, 12 Iunii 1523.

Litteris ad conventum Brugensem datis enixissime eos ad vite reformationem hortati sumus, ne domum suam alienis aliquando traditam lugeant. Mandantes Priori sub pena privationis officii, ut omni respectu excusationeque remota domum et fratrum vitam mores, habitus, gestus reformet, bireta rotunda et sargiatum usum tollat,

<sup>65</sup>) La bulle papale dont il est question ici ne fut pas promulguée dans ce sens, ou elle est perdue. Nous connaissons deux brefs d'Adrien VI dans lesquels il soustrait à la juridiction de la Congrégation de Saxe deux couvents : celui de Cologne (28 avril 1523) et celui de Munich (17 août 1523). Ces couvents ne furent pas rattachés à la province mais directement soumis à la faculté de théologie de l'université de Cologne (voir Annexe) et au S. Siège (voir A. de MEIJER, *Adriaan Florisz.*, p. 68-70). L'année précédente, le 23 novembre 1522, les couvents de Gand, Enghien, Dordrecht et Haarlem furent à la demande de la gouvernante Marguerite, unis dans un vicariat séparé, sous la direction de Jean de Malines. Les couvents de Cologne, Enkhuizen et Anvers n'en firent pas partie. Tous ces couvents, à l'exception de celui d'Anvers qui fut supprimé en 1523, seraient en 1533 de nouveau unis à la province de Cologne durant le provincialat de Rogerius Juvenis.

<sup>66</sup>) Gregorius Varentus ou van de Varent était alors prieur de son couvent de Louvain, où il mourut le 4 mars 1529. Voir *Augustiniana* 11 (1961), p. 413, note 588.



capitia ad instar reformationum consui faciat et bierta omnia capitiiis sint tecta. De refectione, silentio et reddenda administrationum ratione, multa et prolixa legibus nostris conformia scripsimus, volentes ut quotidie unum caput constitutionum refectionis tempore legatur. Neque ullus sacrista, supprior aut procurator sit concubiniarius, infamis aut publico scelere notatus. Ut autem Prior id reformationis fortius prosequeretur, dedimus illi magistrum Petrum de fine et Antonium consilii hac in re collegas et coadiutores, mandantes ut id fortiter sub nostre rebellionis pena perficere satagant. Magistrum etiam Petrum ut commodius se ere alieno liberet, quod in magisterio theologico conflavit, volumus esse eius monasterii regentem cum solito privilegio et emolumento.

Dd 14, f. 126v.

**105**

Rome, 13 Iunii 1523.

Fratrem Ioannem de Endovia ad gymnasium parisiense studiorum causa misimus cum commendatione solita.

Fratrem Ioannem de blisia, traiectensem, quamvis illegitimo thoro natum, ordinis privilegiis, gratiis et officiis obeundis habilem aptumque reddidimus <sup>67)</sup>.

Fratrem Antonium consilii, sacre Theologie bachalarium, nostrum in conventu brugensi Vicarium esse iussimus ea lege ne prioris officium inturbet, sed eidem reformanti et ad meliorem vitam redigenti opem ferat et presidio sit.

Dd 14, f. 126v.

**106**

Rome, 13 Iunii 1523.

Prioribus omnibus et singulis provincie colonie mandavimus sub pena privationis officii, ut quas tam provinciali quam fratri Antonio consilii debent collectas ante provincialis capituli tempus aut in capitulo omni excusatione semota persolvant.

Dd 14, f. 127r.

**107**

Rome, 7 Iulii 1523.

Fratrem pascasium aquensem cum adulterinis litteris ad nos profectum ad provincialem provincie colonie remisimus penas meritas

<sup>67)</sup> Joannes de Blisia ou Bilsia, nommé d'après son village natal Bilsen près de Hasselt, fut profès du couvent de Maestricht, où il fut prieur en 1537 et 1541-1545. Voir PBD., t. IV, p. 495-496.



secundum leges nostras daturum. Vetantes ne quis nostri ordinis provincialis aut prior in itinere eum retineat, sed unde abiit reverti quamprimum sinat.

Dd 14, f. 130r.

### 108

Rome, 6 Febr. 1524.

Litteris publicis de prorogata synodo ad provinciam Colonie datis adiunximus, nobis significatum esse provincialem usque adeo effeto esse corpore, ut habendo provincie capitulo, et convocandis patribus vix par fore credatur. Quamobrem si ipse capitulum mense Iulii celebrandum ante pentecosten non indixerit, Baccalario fratri Antonio Consilii habendi capituli et cogendi patres munus iniunximus. Quod si ipse aut infirmitate aut alias impeditus facere nequiverit, Magister petrus de fine idipsum nostra autoritate efficeret. Insuper iussimus, ut quicumque posthac arcana religionis prophanis propalaverit, aut in his que superiores iuste mandaverint secularium opem favoremque imploraverint, si id prior contra provincialem fecerit, sit illico omni honore privatus et officio et inde relegetur, si subditus in suum priorem, is carceris penam uno mense luat, omni honore et conventus iure privandus atque a monasterio eliminandus.

Fratri Antonio consilii publicis litteris facultatem fecimus cum nostra autoritate fratrem Blasium apostatam ad ordinem, provinciam et monasterium brugense cum ordinis gratiis recipiendi previa debita punitione oleo tamen misericordie aspersa <sup>68</sup>). Quod si per impotentiam id exequi nequiverit, Magister Petrus de fine eadem nostra autoritate ea in re fungatur.

Dd 14, f. 154fr.

### 109

Rome, 6 Febr. 1524.

Eidem fratri Antonio consilii collectas nostras a Prioribus monasteriorum provincie exigendi munus commisimus, cum autoritate eos qui reluctabuntur officio privandi ac aliis penis et censuris afficiendi. Priores vero monasteriorum reformatorum adhortandos commonefaciendos duximus, ut quod solitum iustumque est pendant, ut reliqui faciunt reformationis titulo, pollentes nec minoribus fulti indultorum presidiis. Quod si neglexerint diximus nos neque nostram neque provincie causam non neglecturos, sed rem omnem ad summum pon-

<sup>68</sup>) Il s'agit de Blaise de Rombees, qui quitta le couvent de Bruges en 1523, à cette occasion les magistrats de la ville insistaient auprès du provincial pour réformer cette maison. Voir PBD., t. III, p. 416 d'après le manuscrit perdu de J. Reyngout, f. 179v.



tificem relatuos, cum quo non de collectarum modo persolutione, sed de indultis abrogandis que eos insolentiores reddunt <sup>69)</sup>. Id quoque munus posset magistro Petro de fine eadem nostra autoritate committere.

Dd 14, f. 154v.

110

Rome, 6 Aprilis 1524.

Magistro Petro de fine Brugensi poscenti, ut Bachalarius Antonius Consilii omni autoritate nostra, qua Vicarium in conventu brugensi agit, privetur, respondimus id nos agere non posse sine levitatis nota, neque ipsum id poscere debere, qui paucis ante mensibus nos precatus fuerit, uti eundem Vicarium nostrum confirmaremus, neque esse iis in rebus precipitantur agendum, neque senem illum concitari aut [f. 161r] stimulari oportuisse, donec ex officio id agere maiore cum autoritate potuisset. Postulanti vero pro capituli presidentia efficaciores munitioresque litteras, scripsimus alias non posse dari, sed ut iis quas sibi aliquando dedimus et nostra autoritate forti animo et intrepido utatur cum dexteritate tamen et prudentia. Litteras quoque nostras superiores quibus potuit seni illi ausus et autoritas crevisse, si nondum illi reddidit, iussimus ne reddat, sed supprimat potius, suadentes ut cum homine ipso in gratiam ineat usque dum capitulum habitum fuerit, et donec magistratu potiatur, quem non facile adepturum illum diximus, nisi senis animum paratiorem fecerit.

Fratri Antonio consilii s. Theologie bachalario brugensi scripsimus, nos superiori litteras presidentie magistro petro de fine tradidisse eo consilio, ut homo sui amantissimus et qui se plurimis beneficiis ab ipso cumulatam fuisse nobis asseveravit, facilius summum provincie magistratum adipisceretur. Quem ipsi unice commendavimus, ut homini probo, modesto et erudito, patrocínio et favori sit, in provincialatus petitione. Nam nihil nos dubitare asseruimus quin si ipse vellet sua qua apud provincie patres pollet autoritate facile confecturum, ut prememoratus Magister petrus omnibus suffragiis provincialis deligatur. Quod si fecerit nihil se unquam nobis in vita aut fecisse aut facturum esse gratius diximus, sibi non mediocri honori futurum, quod homini patrocínatus fuerit, qui provincie non tam preesse quam prodesse poterit, presertim cum ipsemet ad id etatis pervenerit, ut magis rude donari et quiescere quam ad magistratum gerendum aspirare debeat.

Dd 14, f. 160v-161r.

<sup>69)</sup> La phrase depuis *de indultis* jusqu'à *reddunt* est soulignée dans le manuscrit.



111

Rome, 6 Maii 1524.

Fratrem Ioannem Iuliacensem, provincie colonie cursorem fecimus ea conditione, si suorum patrum consensus accesserit, facultatemque illi fecimus ad propria redeundi modo ad provinciam revocatus fuerit <sup>70</sup>).

Dd 14, f. 167r.

112

Rome, 4 Nov. 1524.

Confirmavimus acta Capituli provincie nostre Colonie ac Magistrum Petrum de fine brugensem provincialem electum <sup>71</sup>), significantes provincie patribus provincialem electum litterarum apostolicarum exemplar misisse, quibus germanie inferioris congregatio munita, provincie monasteria occupat, ut autoritate moderni summi pontificis <sup>72</sup>) rescindantur. Id autem non posse fieri diximus, consultis prius rerum curie peritis et iis qui pontificis ingenium callent, nisi prius Illustrissime margarite consensus adveniat, que prefatas litteras et Congregationis illius munimen ab Adriano papa impetravit. Quare si quid hac in re confici velint opus diximus in primis, ut vite sanctitate reformatos equent tum ut Illustrissime margarite assensus accedat. Deligaturque illic aliquis summe autoritatis vir et religionis nostre fautor [181v] cui littere apostolice exequende cum summa potestate committantur. Provinciali quoque facultatem fecimus apostatas recipiendi servata ordinis disciplina atque fratres omnes et singulos

<sup>70</sup>) Joannes Juliacensis ou a Juliaco (= Jülich en Rhénanie), profès du couvent d'Aix-la-Chapelle, obtint son doctorat en théologie à l'université de Trèves. En 1534-1541 il fut prieur à Cologne et en même temps professeur de théologie à l'université, où il fut le promoteur de son confrère Josse van Oisterwijk. En 1541 il rentra dans sa communauté d'Aix-la-Chapelle où il devint prieur. Dans les chapitres provinciaux de 1541, 1544 et 1552 on le nomme définiteur. Il mourut à Aix-la-Chapelle en 1574, âgé de 74 ans. Voir H. KEUSSEN, *o.c.*, t. I, p. 68, n. 195, t. II, p. 925, n. 5 et p. 929.

<sup>71</sup>) Le nouveau provincial Petrus de Fine (van den Hende), né à Eeklo et profès au couvent de Bruges, docteur en théologie de l'université de Paris (1516), fut élu provincial à la fin de juillet 1524 au chapitre de Wesel comme successeur de Henri de Salem. Il avait déjà rempli des fonctions importantes dans la province de Cologne comme visiteur (20 juillet 1517), comme président du chapitre de Maestricht le 15 juillet 1521 et comme régent des études à Bruges. Son provincialat fut de courte durée. Le 27 juin 1525 Erard de la Marck, prince-évêque de Liège, le choisit comme évêque auxiliaire de son diocèse. Il fut consacré évêque à Bruges dans l'église des Augustins le 16 juillet 1525. Il mourut à Liège le 27 juillet 1537 et fut enterré dans l'église des Augustins de cette ville. Pour plus de détails à son sujet cfr. A. KEELHOFF, *Histoire*, p. 202-203 et U. BERLIÈRE, *Les évêques auxiliaires de Liège*, dans *Revue Bénédictine* 30 (1940), 82-84. Voir aussi les documents 48, 103, 108, 110, 113 et 117.

<sup>72</sup>) Clément VII.



nostra auctoritate a vinculis excommunicationis absolvendi et super macula irregularitatis dispensandi, atque id ne fratres his difficillimis temporibus quando ad nos proficisci nequeunt salutis sue detrimenta patiantur.

Provinciali scripsimus nos vehementer admirari cur in monasterio brugensi academiam institui velint, relicto veteri conventus lovaniensis gymnasio, longe ad studentes et alendos et erudiendos magis idoneo, neque minus admirationis nobis attulisse, quod sibi curam moderande illius academie imponi permiserit, cum gubernacula provincie totum hominem postuletur. Proinde suasimus illi, videat ne plus oneris sumat quam quod humeri sui ferre queant. De Bachalario antonio consilii vicibus nostris privando, quod postulabat, diximus non placere ne leves videamur in tam facili honorum abrogatione. Admonituros tamen nos hominem polliciti sumus ne Provincialis officio, minus quam par est, deferat. De litteris apostolicis impetrandis pro domorum ablatarum recuperatione nihil fieri posse declaravimus nisi Illustrissime margarite accedat consensus.

Dd 14, f. 181r-v.

**113** Rome, 29 Nov. 1524.

Ad magistrum Petrum de fine, Provincie Colonie Provincialem, litteras apostolicas misimus, quibus Priores monasteriorum tam provincie quam Congregationis germanie inferioris, qui hactenus annuam nostram contributionem solvere renuerant aut in posterum renuent ad satisfaciendum sub censuris compellantur. Dexteritate et prudentia, ut in earum executione utatur vehementer hortati sumus, ne quid gravioris scandali aut tumultus excitetur, si precipitantior et minus cautus in exigendo fuerit.

Dd 14, 184v.

**114** Mart. 1525.

Facultas a nobis facta est fratri Adam Belderfingensi in patriam redeundi, quibusdam nostris litteris attesti Rome illum fuisse ac licentiam humiliter petiisse.

Dd 15, f. 17v.

**115** Rome, Apr. 1525.

Procellis variis iactatum, cum in sua congregatione permanere non liceat sibi ob multa impedimenta, fratrem Ioannem ffroeuff Provintiali Colonie commendavimus, in aliquo provintie loco illum ut



statuat. At si eius opera non indigeret nullumque haberet conventum ubi collocaret, facultatem eidem fecimus, extra ordinem permanendi et apud suos degendi, religionis tamen et habitu servato et honestate non neglecta.

Dd 15, f. 20v.

# 116

Iun. 1525.

Si quid est quod necessitatis ratio requirat, nos pro equitate negare tam non possumus quam etiam non debemus, cedunt enim omnia atque succumbunt necessitati. Quum igitur frater Isidorus Er Brabantinus, patre suo iam vita functo, fratribus invicem altercantibus et matre senio confecta cogebatur in patriam reverti, ut et fratrum animos conciliaret et matrem ex pietatis officio consolaretur, aliaque multa expediret que urgebant passim ac eius cum operam desiderabant, tum presentiam, iccirco eundi veniam flagitandi facultatem fecimus remeandi ad suos. Sed cum nullus ibidem esset conventus nostri ordinis permisimus ut extra ordinem permaneret cum germanis eius fratribus vel necessariis, quousque omnia perfecisset negocia que instarent. Dedimus item, ut eam bonorum portionem repetere atque exigere, in quibus exigendis procuratorem illum religionis nomine constituimus, ea tamen lege ut rebus omnibus expeditis ad ordinem rediret, in eumque locum reciperet sese, ubi per Provintialem fuisset locatus.

Dd 15, f. 35r.

# 117

Rome, Dec. 1525.

Posteaquam visum est superis, ut magister Petrus phinees seu de fine Episcopus evaderet, quod certe nobis summopere placuit, cum ob Dominationis sue commodum, tum ob nostre religionis ornamantum, quum maioribus nostris statutum esset, ne si quis extra Ordinem quamcunque assecutus fuerit dignitatem, publicam in ordine curam gereret, tanquam nos religiosi estimandi sumus, quam patrum statutis obtemperamus, opere pretium duximus, Dominationem eius rogare, provincie illius administrande munus fratri Antonio Consilii permetteret, quem provincie Rectorem instituimus, virum quidam tam etate, quam rerum prudentia maturiorem, et quo uno, nemo nobis in provincia esset notior. Eidem preterea et provincie librum atque sigillum redderet, et ad munus suum exequendum oportuno favore adesse vellet, oblitus antiquarum, si que inter eos extitissent, discordiarum, nec a publico religionis patrocinio, ulla privata ratio eum divelleret.



Magistrum Petrum de fine <sup>73)</sup> Episcopum iam effectum cum accepissemus, quum leges nostre clamant ne qui ad quamvis dignitatem extra Ordinem fuerit assumptus, moderando Ordini sese ingerat, ob idque provincie curam sustinere is ulterius non posset, quamvis ipso iure esset absolutus, nos tamen ut maiorum sanctionibus paremus, nostris litteris provincialis officio absolvimus, quas universe provincie legendas destinavimus. At quoniam uno cedente, alter inferri debebat, ne provincia digno careret Rectore, fratrem Antonium Consilii, virum seniore et provectiore eiusdem Rectorem fecimus, cum omni facultate et auctoritate visitandi ac reformandi conventus singulos, illorum familias disponendi, priores commutandi, instituendi, fratres corrigendi, puniendi, expellendi, qua ceteri provinciarum rectores potiri consueverunt. Insuper quia provincia illa plurium annorum collectas nobis debebat, eidem commisimus, ut nostra auctoritate priores omnes sub sententia / excommunicationis posset cogere ad collectam tam presentis anni quam preteritorum persolvendas.

Dd 15, f. 51r-v.

#### 118

Rome, Dec. 1525.

Quum magister vel frater Antonius Consilii quem Rectorem provincie colonie feceramus, senio gravatus, minus videbatur laboris sustinere posse, quam par foret universe Provincie visitande ac reformande, iccirco fratrem Ioannem Bels, licentiatum in Theologia et Priorem Hiprensem, visitatorem instituimus eo consilio et lege, ut remotiores conventus ad quos Provincialis accedere non posset ipse peteret, visitaret, componeret, in illisque instituendis, emendandis ac disponendis omnimoda auctoritate potiretur, ac si provincialis adesset <sup>74)</sup>.

Dd 15, f. 51v.

#### 119

Rome, Ian. 1526.

Sicut plures occurrunt in Religione, qui ad eius gratiam promerendam variis officiorum gradibus enituntur, ita plura rependi solent ac

<sup>73)</sup> On nota plus tard dans la marge : *Suffraganeus Dioecesis Leodiensis*.

<sup>74)</sup> Jean Bels est déjà cité comme prieur d'Ypres le 9 février 1522, dans la lettre de fondation d'un anniversaire pour Guillaume Cnockaert, en même temps que ses confrères du couvent d'Ypres : Jean Allays, Augustin Maes, Gilles van Hemelghem sous-prieur, Gilles van Voorde, Jean Bruneau et Jean Fabri, procureur. Voir J. SPY-LIAERT, o.c., p. XX et encore à son sujet le document 123.



debent premia quibus pro sua quisque meritorum ratione afficiantur, ne vel ulla virtutis speties debito careat honore, vel si digno quispiam munere fraudetur, a recte agendi proposito et se retrahat, et alios suo exemplo retardet. Nos igitur qui virtutis amorem omnium animis inserere cupimus, necessariosque stimulos unicuique addere ad laborem, quod publica religionis dignitas conservari atque augeri possit. Cum novissemus fratrem Henricum Willems Brugensem tam morum gravitate quam sufficienti peritia ornatum, / ne a nobis omnino immunis abiret, neve suscepti a se laboris Rome immemores nos aut ingratos sentiret, lectorem honoris fecimus ac declaravimus, cum gratiis, exemptionibus atque immunitatibus solitis.

Dd 15, f. 65v-66r.

## 120

Rome, Mart. 1526.

Audientes fratrem Ioannem Nayss professum et promptum ingenio et percupidum bonarum litterarum, satisque iniquum esse rati, si illi aditus ad laudem, quem ipse sua industria quereret aliena vel invidia vel negligentia praepereretur, ut enitenti manum porrigeremus, debitamque ferremus opem, suasimus fratri Antonio Consilii provincie Rectori, si litterarum studiis idoneum vidisset, facultatem eidem faceret studii proseguendi, ac litteris quocunque in Gimnasio seu generali seu privato liberius incumbendi, haslensis conventus priore etiam invito et renuente, licet credi non posset illum labori tam claro refragaturum, nec putaremus a boni viri officio adeo alienum, ut obicem ponere cogitaret ad virtutis gloriam contendenti. Quinimmo speraremus pro sua probitate et presidio ei fore et patrocinio.

Dd 15, f. 73r.

## 121

Rome, Apr. 1526.

In Urbem applicuerant duo fratres provincie Colonie, videlicet frater Ioannes textoris et frater Nicolaus de Sarapontine eiusdem conventus filii, nullamque licentiam attulerant, sed eam sibi in itinere a Lutherianis ereptam referebant, propterea in patriam redire cupientes fratri Antonio Consilii, provincie rectori, commendavimus, ut in suo conventu ambos locaret et pro temporum calamitate foveret.

Dd 15, f. 74v.

## 122

Tarvisii, Maii 1526.

Acta capituli generalis Tarvisii celebrati <sup>75)</sup> :

<sup>75)</sup> Publié dans *Analecta Augustiniana* 9 (1921-1922), 39-47.



Provincia Coloniae, Diffinitor : R. Mag. Bernardus Patavus

Provincialis : R. Mag. Anselmus Vicentinus

Discretus : Ven. Bach. Iacobus Senensis <sup>76)</sup>.

Dd 15, f. 81v.

### 123

Venetiis, Dec. 1526.

Nonnullas litteras a quodam gravissimo patre provincie colonie lectore fratre Henrico de Wesalia et qui alias functus est egregie illius provincie munere provincialatus accepimus, ad quem ut infra continetur rescripsimus :

Venerabilis etc. Die prima decembris litteras tuas accepimus ad nos xxi octobris scriptas, quibus provinciam hanc vestram variis fluctuantem casibus intelleximus, ob id quod rectore ac moderatore careat, quod quidem non parum admiramur presertim cum eandem regendam gubernandamque fratri Antonio Consilii demandaverimus, cui etiam fratrem Iohannem Bels licentiatum visitatorem addiximus, licet iam (ut scribis) ad episcopalem dignitatem fuerit assumptus <sup>77)</sup>, unde nihil est quod eam capite conquearis esse destitutam, nos tamen quam citius fieri poterit certiores reddere curabis, quid sit cause quod eam acephalam appellaveris, quidque de futuro istius provincie capitulo celebrando, ubi et quando a patribus sit decretum, qui ve sint qui ad provincialem seu ad presidentiam aspirent. Cupimus quoque nosse quot adhuc superstent etate, moribus et doctrina pollentes viri ad huiusmodi onera et honores obeundos idonei inter quos etiam quid de fratre antonio molener de aquisgrano <sup>78)</sup> persenseris, quidque de fratre antonio consilii evenerit. Intimabis hec itaque omnia et singula quam primum nobis significabis, ut opportune ac tempestive ad hanc provinciam sublevandam, erigendam, reformandamque congruis remediis occurramus et que ad offitium nostrum pertinent disponere possimus.

<sup>76)</sup> Ceci prouve que personne de la province de Cologne ne vint à ce chapitre.

<sup>77)</sup> Il semble inexact que J. Bels fut nommé évêque auxiliaire de Thérouanne, quoique on trouve cette affirmation dans Ph. ELSSIUS, *Encomiasticon Augustinianum*. Bruxellis, 1654, p. 432 et dans A. SANDERUS, *Flandria illustrata*, t. II. Hagae Comitum, 1732, p. 410 et chez d'autres auteurs. Dans les documents qui suivent il est encore plusieurs fois question de lui sans toutefois faire mention de son épiscopat. Voir les doc. 132 et 134. U. BERLIÈRE, *Les évêques auxiliaires de Thérouanne*, dans *Revue Bénédictine* 24 (1927), 82.

<sup>78)</sup> Antoine Molener (Molendarii), prieur du couvent d'Aix-la-Chapelle, prit part au chapitre de Hasselt en 1527, il y fut élu définiteur. Voyez PBD., t. IV, 284 et le doc. 124. En 1512 il étudia à Paris et en 1516 il était prieur à Dordrecht avant l'union de ce couvent à la Congrégation de Saxe. Voir PBD., t. IV, 72 et le document 14.



Coeterum est quod nos paterna charitate adducti te commonere volumus, ut imposterum mitiorem erga nos te exhibere velis. Accepimus enim dum R.mus Protector noster Generalatus officium gereret te nonnullis verbis procurasse attentasseque ne de cetero Generali ordinis collecte persolverentur, quod et ipsi ultima vice tui provincialatus re ipsa experti sumus, quandoquidem nobis minus plene satisfeceris quod ab omni pietatis offitio profecto est alienum, cum in quacumque republica et in quovis ordine de capite primario par ratio sit habenda [f. 104r] ne ei debitis emolumentis sanctissime decretis fraudetur et eius vite necessariis accomodetur, quod et prudenter matureque consultum esse existimamus, ne prelati ipsi nimia rerum egestate oppressi declinant in tyrannidem et ordinem ipsum in apertam redigant confussionem. Quicquid tamen in hanc sententiam scribimus nihil est quod pecuniam ita magni faciamus se inducendi tui in Generalis devotionem, ut sincero charitatis affectu omni officio ac potius pietate in filium obsequentem te prebeas neque eum ulla inopia opprimi sinas. In quo autem eorum quinque conventuum reformationum contributiones exinanite sunt nobis quoque debita retributione pensata collecte diminuende fuerant unde iniquum extitit penitus ut quantulumcumque summa privaremur, unde etiam provinciales ipsi aliquid sentirent incommodi. Circa ea autem que de priore Wesalie scribis ad capitulum usque proroganda esse volumus, ubi cum de talibus contra eum liquido constabit dabimus operam, ut debitis penis subiaceat. Ubi vero nos istuc profecturos exoptas temporibus cedendum est hac presertim etate dum bellorum undique incendia, fames ac pestis et plurima eius generis incommoda id nobis omnino dissuadeant, speramus tamen divino favente numine una cum istius provincie patrum prudentia in integrum cuncta resarciri et siquid in bonis moribus deperditum fuerit reformare et ad pristie honestatis faciem et decorem redigere. Tu in terra ubi tuis presidiiis opus esse noveris ad huiusmodi reformationem illud omne prestabis, quod nobis admodum gratissimum erit et ipsi provincie conducibile et ubi opus erit et equitas ipsa et honesti ratio suadebit tibi presto erimus. Vale in domino.

Dd 15, f. 103v-104r.

124

Padue, Dec. 1527.

Confirmavimus in provincialem provincie nostre Colonie tamquam legitime canoniceque electum venerabilem sacra Theologie Lectorem



fratrem Ionnem Hunxium, priorem conventus Vallis Marie <sup>79)</sup>. Acta vero et diffinitiones non confirmavimus, quia eas non accepimus, quod forte accidit tabelliorum incuria. In conventu enim Hasselensi celebratum est Capitulum die 11 mensis Octobris <sup>80)</sup>, in quo unanimi patrum consensu in presidentem electus est venerabilis pater Petrus Bevais, prior conventus Brugensis <sup>81)</sup>. Misimus igitur ad totam provinciam patentes nostras litteras, quibus imprimis provintialem ipsum cohortati sumus, ut provintiam sibi creditam omni prudentia et gubernaret. Deinde monuimus omnes patres et precipue locorum priores, ut quod ipse suapte virtute et consilio non posset, eorum auxilio et opera favorem ei prestarent et opitularentur, quoniam si sic fecissent, sperabamus publicam salutem ac dignitatem posse conservari et augeri eo presertim tempore quo universa christiana religio ruinam patiebatur et christifideles persecutionibus plurimis agitabantur. Sic enim consolati eos sumus, pariterque adhortati, ut enixius multo laborarent, ut in tot casibus cum mundo luctati, tantisque difficultatibus superatis velut aurum in igne micare viderentur. Studerentque placere deo magis quam [f. 142r] hominibus, quoniam immensa est eius pietas qui numquam deserit servos suos in tempore tribulationis, quia et si in omnibus rebus virtus quam maxime eluceat, in adversis tamen multo clarius illa perspicitur, proinde equo animo omnia tolleranda essent, quoniam quo sapientior quisque atque prudentior, eo vite huius imbecillitatem ac fortune impetus patientius perferre debet et suam ut in prosperis secundisque rebus, sic in adversis dignitatem servare, ne debilitari ac frangi fortune ictibus videatur.

<sup>79)</sup> Jean de Hünxe, prieur de Marienthal, fut élu provincial au chapitre de Hasselt le 11 octobre 1527. Il resta en fonction jusqu'au 6 juillet 1532. En 1507 il est déjà cité comme définitéur et prieur de Marienthal (voir la note 7). D'autres détails à son sujet se trouvent dans J. RAMACKERS, *Marienthal, des ersten deutschen Augustinerklosters Geschichte und Kunst*. Würzburg 1961, p. 59, 130, 134.

<sup>80)</sup> Furent nommés définitéurs en ce chapitre : Grégoire van de Varent, prieur de Louvain, Antoine Molener, prieur d'Aix-la-Chapelle, Arnold Dorsten, prieur de Wesel, Augustin, prieur d'Ypres, Henri de Zutphen, procureur de Wesel. Furent nommés visiteurs de la province : Thomas Jaupen, prieur de Liège et Marc, prieur de Trèves. Voir PBD., t. VI, 221.

<sup>81)</sup> Pierre Beauvays, du couvent de Bruges, président de ce chapitre, fut prieur à Bruges en 1517-1524 et en 1526-1534 où il mourut le 15 août 1538. En ce chapitre il reçut le grade de bachelier en théologie en même temps que ses confrères de Bruges Jacques de Corte et Jean de Mota. Voir PBD., t. III, 427 et IV, 408; A. KEELHOFF, *Histoire*, p. 203-204; J. MARÉCHAL, *La chapelle fondée par Pedro de Salamanca, bourgeois de Burgos, chez les Augustins à Bruges, 1513-1805*. Bruxelles 1963, p. 37.



Postremo quia in illo infelicissimo tempore patiebamur multa, ex quo necunde nobis succurrebatur significavimus, ut rem nobis trium annorum quam debebant persolverent et si non totum, saltem partem transmitterent.

Dedimus etiam litteras privatas ad prefatum provincialem electum, quibus eum monuimus ut strenuum se gereret in conservanda et augenda provincia, quodque totis viribus eniteretur, ut collectas nostras exigeret, compelleretque nostra auctoritate predecessores suos qui a conventibus provincie nostras contributiones annuas exegerunt, sub penis etiam et censuris, si opus foret, ad integram satisfactionem, quod tamen ab eo fieret sine strepitu et locorum perturbatione, quoniam magis cupiebamus quodcumque perferre incommodum, quam nostra causa inter provinciam scandalum aliquid oriretur.

Dd 15, f. 141v-142r.

## 125

Padue, Ian. 1528.

Fratri Guilielmo de Flandria et fratri Thome de faventia facultatem fecimus, petita prius et habita licentia a Summo Pontifice, eundi ad Sanctum Sepulchrum in yerusalem, et ad corpus Sancti Iacobi de Galitia, et revertendi ad patriam postquam expleverint vota.

Dd 15, f. 145v.

## 126

Padue, Mart. 1528.

Quia mense decembris proxime transacto, confirmavimus dumtaxat nostre provincie Colonie provincialem, acta vero et diffinitiones Capituli non fuerunt confirmata, quia non accepimus. Nunc autem quia transmissa sunt, nostra auctoritate confirmavimus, mittentes ea ad provincialem electum cum nostris litteris, ubi mentionem fecimus de collectis nostris Venetias deferrendis.

Dd 15, f. 149r.

(*A suivre*).